Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Sedente innocentio octauo pontifice maximo. Friderico tercio imperatore suadente. ab francisco appellato patauo iurisconsulto. atq; aduocato consistoriali et pauper equite et comite oratore. habita die duodecima kl' decembris anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo sexto. publico consistorio.

Quam dicendi facultatem: si quod huiusmodi ingenium posset satis exequi laudes diui leopoldi existimarem puter sectissime. reuerendissimi domini. non ego apud vos adeo auderem. vt viri tanti virtutes exiguis dicendi viribus vellem attingere. et debilis in re tanti ponderis. mer eratatusq; athleta certamen hoc mire peraudiuum. Sed quoniam nemo tam eloquens: tam felici ingenio preditus est. vt eius magnitudini virtutum orationem equare valeat. immo cuiusuis disertissimoz eloquentia. studium. opera. facultas. ingenium. longe superat et deficit. ea vel cogitare. vel exprimere verbis conatur. quantum moribus. quantum denique tota vita claruerit. Nunc ergo et si in hoc mihi musitato genere dicendi parum vehemens orator videar. tamen pro mea tum in eum ipsum pietate. tum in vniuersam cristiam ritus religionem obseruancia dicendum vel id mihi p viribus censeo. Neq; enim id alienum siue officium siue patrocinium a quolibet puto homine cristiano. quando omnes debiliores sunt. q; vt de tanta re satis dicere queant. Placeo igitur ad vestrum venerandum et plane diuinum conspectum. vestra utor liberius dignitate fretus videlicet pietatis quo fungor officio. certusq; apud vos. plus valere loquentis animum causa pia honesta religiosa sancta q; orationis copiam et ornamenta inania negotio rerum et auctoritate. Et si mansuetudo sanctitatis vestre sepenumero mihi pias humanasq; causas et pro pauperibus poranti faciles porrexit aures. quanto faciliores in pnoa sperare possum illas mihi porrigi? cum hic de religione vera. de sacra rep. de fide agatur catholica. dum virum insignem pietate laudamus. eumq; ipm referendum in sanctorum numero ducimus. leopoldum dico. quem solum in terris deus ipe immortalis nobis precipuo exemplo constituit. Alios nanq; ad beatam vitam liberius ducit solitudo atq; ab humanis negotiis separatio. remotaq; vita et a seculi curis penitus expedita. Dum hunc inter paucissimos mortales. humanis implicitum rebus

Integra hoc Oratio edita iam extat apud Pelzmannum et Laur. Surium ad d. 15. Nov.